

Mensurae Universales Magnitudinum ac Temporum by Adam Adamandy Kochański – Latin text with annotated English translation

translated by Henryk Fukś

Department of Mathematics and Statistics, Brock University, St. Catharines, ON, Canada
email hfuks@brocku.ca

Translator's note: The Latin text of *Mensurae Universales* presented here closely follows the original text published in [1] (republished in [2]). Punctuation, capitalization, and mathematical notation have been preserved. The translation is as faithful as possible, often literal, and it is mainly intended to be of help to those who wish to study the original Latin text. Footnotes and figures in the appendix have been added by the translator.

ADAMI ADAMANDI KOCHANSKI
E SOCIET. JESU

Sereniss. Poloniarum Regis Mathematici,
MENSURAE Universales Magnitudinum ac
Temporum
Ad Actorum Erud. Collectores.

ADAM ADAMANDY KOCHAŃSKI
FROM THE SOCIETY OF JESUS,
Mathematician of the most serene King¹ of
Poland,

Universal MEASURES of Magnitude and Time
To the Editors of Acta Eruditorum

Praeterlapsi anni 1685 Mense Decembri, transmiseram Parisios meas aliquot Observationes ad Amicum quendam, rogatum impense, ut eas ipsemet Ephemeridum Gallicarum Collectori in manus traderet: sed eum trimestri iam elapso nihil, comperti habeam, utrum eo pervenerint, visum mihi est e re literaria futurum, si eas, prout a me nunc conscriptae fuerant, ab interitu vindicarem. Omis-
sa itaque conjectura illa mea de Metu Diurno Telluris, e terra motu petita, quae Actis Erud. Lipsiensibus Mense Julio Anni 1685 inserta est, & quam in Gallia, succussionibus ejusmodi magis, quam nostrae regiones obnoxia, notam reddere, & observatores exstimulare cupiebam, reliqua eo tunc transmissa, verbis iisdem, fideliter & integre, exscribam, ut sequitur.

Clariss. & Eruditiss. Viro Ephemeridum Gallic. Collectori & c.

Non aliud paucis his, ut Tibi nunc, Cl.

In the month of December of the passing year 1686 I forwarded to Paris to a certain friend a few of my observations, asking him zealously to deliver them in person to the hands of the editor of Ephemerides Eruditorum Gallicae²; yet since a trimester already passed, and I do not know for sure whether they arrived, it seems to be proper, for the sake of the future of the scholarly cause, to save them from perishing. Omitting, therefore, my conjecture regarding the daily motion of the Earth, derived from [the observations of] earthquakes, which was inserted in Acta Eruditorum in the month of July of the year 1685, and which I desired to be noted and to stimulate observers in France, liable to stronger shakes than our regions, I will copy the rest of what was then submitted, with the same wording, faithfully and wholly, as follows.

To the most illustrious and learned man³, editor of Ephemerides Eruditorum Gallicae etc.

I will cover the littleness of that which I send

Vir, adfero, praetexam patrociniū praefationemque, quam nos atque natura sciendi cupidos, ac ad ea, quas scimus aliis enarranda proclives esse. Eo quoque invitant Tua, aliorumque in promovendis scientiis exempla. Quod si non omnes ad exstruenda scientiarum palatia, marmor aut gemmas adferimus, etiam sabulum, paleaque leves caemento hujus aedificiū non erunt, opinor, inutiles.

I Nova mensura universalis Temporum.

Quaerit hucusque Geometria certam quandam, ac invariabilem Corporum Linearumque mensuram; quae quidem, opinione mea, in ipsius magnitudinis continuae natura delitescit, sed non prius eruenda, quam cognita sit, & aliquam mensuram revocata quantitas Angulorum Mixtilinearum, quales sunt semicircularum, segmentorumque: At quia id vicissim certam lineae rectae, arcus eos subtendentis, quantitatem praesupponit, nec fortassis alia via indagari potest, difficultas haec abit in circulum nullo humano ingenio explicabilem. Quocirca Problemati huic solvendo adhibita fuit a nonnullis mensura Temporis a Pendulo petita, cuius vibrationes minuta secunda primi Mobilis, vel horum partes aliquotas adaequant. Et vero improbari minime debet Inventum istud, si debitis cum cautelis in eo procedatur, ac praesertim ut nobis certo constet, Pendula nec ab Atmosphaerae in diversis climatibus varietate, nec a varia centri terrae distantia sensibilibiter alterari; quod an quisquam exploraverit, ignoro: quia tamen ejusmodi penduli inventio hominibus occupatis admodum operosa videtur: nam plurium vicariam opem postulat, unico tentamine non obtinetur, nubibus eluditur &c. Idcirco innuam aliud fortasse commodius, cujus ope motus omnes etiam Caelestes mensurari, ac praedictorum Pendulorum vera quantitas facilius determinari poterit. Observavi ab annis compluribus, candelas

you with no other defense and introduction than this: by nature we desire knowledge, and we are inclined to pass what we know on to others. Your examples of the advancement of science, as well as the examples of others, also encourage this. Although not everybody contributes marble and precious stones to the construction of the palace of sciences, even gravel and light straw are not, I suppose, inexpedient as components of the concrete [used in construction] of this building.

I. New measure of universal Time.

Geometry searches thus far for a fixed and invariant measure of bodies and lines; this, however, in my opinion, nature conceals in its own magnitudes, and it is to be extracted not sooner than it is related and linked to a measure of quantity of mixtilinear angles, which are of the kind of semicircles and segments. And because this presupposes a certain quantity of the straight line, stretching beneath curves, and because perhaps another way cannot be found, this difficulty leads to a circular problem, not resolvable by human ingenuity.

On the account of solving this problem, many employed a measure of time derived from a pendulum, whose oscillations are equal to seconds of time of the prime motion, or some parts thereof. Indeed, this invention should not be rejected if one proceeds with due precautions, and particularly if we make sure that the pendula are not perceptibly affected by differences of the atmosphere in different climates, nor by differences in the distance from the center of the earth. I do not know if somebody explored this issue. Still, this method seems to be troublesome for the people using it: it requires the effort of several helpers, the result is not obtainable by a single attempt, it is frustrated by clouds, etc. On that account, I will hint another, perhaps more convenient method, by the power of which the motion of all, even celestial bodies, can be measured, and for which the true quantity can be determined easier than with the aforementioned pendulum. I have observed for many years com-

usitate cujusvis crassitiei, ardentes in aere libero ac tranquillo, scintillationes, sive subsultationes illas suas ab aere undulatum accurrente ortas, vibrationibus ad sensum aequidiuturnis peragere. Inveniatur ergo Pendulum, cuius una vibratio quaternis, aut fenis ejusmodi palpitationibus sit aequalis, atque hujus Penduli longitudo simpla vel dupla cum motu diurno fixarum, nec non solis medio, conferatur: sic enim habebimus mensuram non e Caelo, sed ex Elemento ignis nostri sublunaris deductam; quam tamen & ab aliis elementis aliter obtinebimus.

II. *Nova mensura universalis Magnitudinum.*

Praeter aliam indicatam, est alia quadam non inelegans huius indagandae ratio, ab elemento Aquae deducta, diversa tamen ab ea, quam T. Livius Burattini, amicus quondam meus, secutus est in suo hac de re tractatu, Italice in Lituania edito: sed quia meam hanc Observationem paucis hic explicare non possum, alteri tempori locoque reservare cogor. Nostrae igitur Arti Geometriae Practicae, a naturis Aereis mensuras mutuabimur hoc modo. Praetermissis itaque omnium vegetabilium seminibus, pilis animalium, fibris corporum Microscopio detectis &c. ego spem omnem collocavi in Volucris. Aptissimas huic negotio crederem pennas ex alis passeris domestici ruralis, supposito tamen quod haec species avicularum etiam in extremo Oriente, nec non America reperiatur, & quidem ejusdem staturae cum nostratibus. Refert O. Dappers in sua Africa Germanicae edita, passeris ad caput Bonae spei reperiri; sed earum pennae cum nostratibus essent conferendae. Praxis ad rem praesentem ita esset instituenda. Ex alterutra ala passeris masculi & senis, sumatur certa quaedam penna, v. g. tertia & quarta, & ea primum artificio facili in directum extendatur: tum in medio cauliculi, plumulis transversis convestiti, capiatur certus quidam numerus intervallorum, quibus

only used candles of any whatever thickness, burning in the unencumbered and calm air, their twinkling or flickering arising from the air rushing in a wavelike fashion, causing oscillations perceived as of equal duration. Let a pendulum be contrived, such that its period is equal to four or six such oscillations, and let its single or double length be compared to the daily motion of fixed [stars], or of the middle of the sun. In such a way we will have a measure derived not from the sky, but from the element of our sublunar fire; we will yet obtain it differently also from other elements.

II. *New universal measure of magnitude*

Before I point out another, there is also a certain other [measure] not inelegant by its investigation method, derived from the element of water, nevertheless separate from that which was pursued by formerly a friend of my T. Livius Borattini⁴, in the treaty on this subject, published in Lithuania in Italian; but because I cannot explain this observation of mine in a few words, I am compelled to reserve it for another time and place. From the nature of air, therefore, we will move the measures to the practice of our art of geometry. Passing over the seeds of all plants, animal hairs, fibers of materials revealed by a microscope etc., I placed all hope in flying creatures. Most suitable for this work I would believe to be feathers from the wings of domestic sparrow from the countryside. Supposedly this species of bird is found even in the far East in America, and indeed its stature is the same as the stature of our birds. O. Dappers⁵ reports in his "Africa", published in German, that sparrows are found at the Cape of Good Hope, and its feathers are comparable [with the feathers of our sparrows]. Practice pertaining to our matter is established as follows. From one of the two wings of a masculine and aged sparrow a certain feather is taken, for example the third and the fourth one, and at first it is skilfully made straight. Then in the middle of the stem vested with transverse barbs, we take a number of in-

transversae plumulae ab invicem distant, istae enim divisiones inservient nobis per modum scalae cujusdam artificialis, juxta nam taxari poterant partes aliquotae pollicum, aut palmorum pedis Geometrici, ac etiam aliarum Urbium, ac posteritati scripto commendari: non enim mihi credibile videtur, passerulorum nostrorum proceritatem secuturis saeculis immutandam. Cautelas in operando necessarias non enumero, quia perspicacibus loquor. Si quis autem subtiliore, & exactiore scala uti volet, hanc inveniet in iisdem passerum pennis: nam & ipsaemet transversae plumulae subdivisae sunt aliis transversis plumulis, quae iudice rudiore Microscopio, magis aequalibus ab invicem distant intervallis. *Inquirant igitur curiosi*, quibus aut maria trajicere, aut a regionum peritis id intelligere commodum fuerit, utrum passeris & hirundines, aut alia aves communes ubique terrarum, & quidem (quod caput rei est) ejusdem cum nostris staturae reperiantur. Plumulas transversas struthionis, pavonis, ciconiae &c. relinquendas censeo, quod non sint adeo obviae, quales esse praestat. Habeo complures alas passerum e diversis Europae partibus, qua primo adspectu aequales esse videntur, sed eas per otium diligentius adinvicem conferam. *Pondus universale* tunc primum adferam, cum explicuero artificium illud aquam tractandi initio commemoratum. Id interim silentio minime praeteribo, pro pondere universali rudioris minervae, sumi posse aureos Hungaricos, quos & Ducatos appellamus: hi enim per totum orbem sparsi sunt, & quidem ponderis delectu prius instituto, non admodum inaequalis. His igitur utcunque taxari poterunt librae (pondo) diversarum urbium, etiam in Asia, ubi Anglica Marcarum ponduscula ad manum haberi non possunt.

III. *Mensurarum facilis ad posteros, vel absentes transmissio.*

Non abs re fortassis erit hoc loco comme-

tervals by which transverse barbs are separated from each other, and this will serve us as a unit of an artificial scale by which one can express the length of fractions of inches or palms entering geometric foot, and feet from others cities, and also entrust it to writing for posterity: it does not seem credible to me that the size of the sparrow would change in the coming ages. I do not specify precautions necessary in this operation, because I speak to acute [readers]. If somebody, moreover, wanted to use a more subtle and more exact scale, he will find it in the feathers of the same sparrow, for the transverse barbs are subdivided by other transverse barbules which, judging by [observations made with] a crude microscope, stand apart from each other with even more equal intervals. Let, therefore, *the inquisitive*, for whom it is opportune to cross the sea or to gain this knowledge from local experts, *examine* whether sparrows and swallows or other birds common to all lands indeed (which is crucial to our considerations) share the same stature with our birds. The transverse barbs of ostriches, peacocks, storks, etc. I consider to be better left behind, because it is not obvious so far how good they are [for our purpose]. I have many wings of sparrows from different parts of Europe, which at first sight appear to be equal, but I will compare them more diligently in my free time. Let me report on the *universal weight* at the time when I will be explaining the method of water pumping mentioned at the beginning. In the meanwhile I will not pass over this completely silently: for a crude universal weight one can take Hungarian gold pieces which we also call ducats. These indeed are scattered all over the world and certainly not exceedingly different from previously instituted choices of weights. With them, therefore, one can assess the weight of the pound used in different cities, even in Asia, where English Mark⁶ weights cannot be obtained.

III. *Ease of Transmission of measures to posterity or those absent*

Perhaps it is not without merit to mention in

morare, deceptum fuisse W. Snellium, & aliquos cum eo Auctores, qui crediderunt measuras pedum chartae madidae impressas, certa quadam proportione post ejus siccationem contrahi. Certum enim est, chartae longitudinem magis huic contracturae subesse, quam latitudinem. *Longitudinem* autem illam voco, iuxta quam porriguntur in longum vestigia filorum aeneorum, e quibus cribrum aut forma papyri contexta est. *Latitudo chartae ea est*, quae praedicta filamenta transversim connectit geminis filis, hinc inde ad intervallum pollicis circiter. Occasione porro pedis Romani antiqui, a Villalpando in Apparatu Templi chartae impressi, & genuino pedi plerumque congruentis, exploravi diversas in Europa chartas, & inter eas, illam ipsam Hispanicam Villalpandi, quae inter omnes minimam passa est a siccatione contracturam secundum latitudinem, in quam Pes ille porrigitur: fortassis autem id accidit ex eo, quod ipsa a quidem tenuis fit, licet cribro crassioribus filis contexto formata fuerit; nam in alia quadam ejusdem fortis, at nonnihil crassiore, inveni totum Pedem una centesima breviorum eo, quem Romae a Grunbergero nostro, Villalpandi, in calculandis Apparatus Tabulis, adjutore, lapidi subtiliter incisum, exactissime dimensus sum, & in aenea lamina designatum adhuc possideo. Hic tamen alter Pes impressus crassiori chartae, nec dum compactoris malleum subierat, quem postea passus, defectum illum liberaliter compensavit.

Experimentum illius rei sic institui: e quolibet chartarum infra positarum, sumpti duas fascias latas 130 centesimis unius unciae pedis Rhenani, longas autem Semipede Rhen. quarum fasciarum una erat resecta juxta longitudinem, altera secundum latitudinem chartae. Hae fasciae aqua fluviali madefactae creverunt juxta numeros adjectos, qui sunt cente-

this place that W. Snellius⁷, and with him other authors, have been deceived believing that measures of foot printed on wet sheets of paper, contract proportionally after drying⁸. It is, in fact, certain that paper will contract more in longitude than in latitude. By *longitude* I mean the direction of traces of bronze filaments from which the sieve or form of the paper is made. The *latitude* is the direction of transverse twin filaments connecting the aforementioned ones, going back and forth at intervals of about the width of the thumb. Hereafter under the pretext of investigating the ancient Roman foot, printed on the page⁹ of the book "Equipment of the Temple" by Villapandus¹⁰, and mostly congruent to the genuine Roman foot, I explored various European papers, among them the the same Spanish paper of Villapandus, on which this foot is printed: among others it suffers the least contraction in the latitude while drying. Perhaps it happened because it was thinner than the others, and yet formed with sieve weaved with more coarse filaments. But in others equally strong and a bit thicker I found the foot to be one hundredth shorter from the subtly cut stone pattern of the Roman foot made in Rome by our Grunberger¹¹, helper of Villpandus in the calculations of the tables for "Apparatus"; I have measured this pattern most precisely and now I have it marked on a brass plate. Nevertheless, another foot printed on thicker paper, not subjected to the mallet of the press man, which it suffered afterwards, compensated this defect graciously.

I instituted this experiment as follows: from whichever sheet of paper shown below, I took two streaks 130/100 of 1/12 of the Rhineland foot¹² wide, 1/2 foot long, of which one was cut along the longitude, the other along the latitude of the sheet. These streaks, made wet with river water, grew according to the numbers added [to the table], which are hundredths of 1/12 of the

simae partes unius unciae Pedis Rhinlandici. Rhineland foot.

<i>Sequentes Chartae madefactae creverunt</i>	<i>In Longum</i>	<i>In Latum</i>
Romana di Fuligno candida & solida	10	7.
Hispanica Villalpandi in figura Congii Rom.	10	5.
Eadem nonnihl crassior, de qua superius sermo	10	7.
Florentina epistolaris, quales & septem consequentes	13	8.
Genuensis cum tridentis insigni	16	9.
Italica quaedam tenuissima, cum hasta	17	10.
Gallica cum Cornu Tabellionis	10	9.
Hollandica praecedentem mentita	11	8.
Joachimicae Vallis in Bohemia, candida, tenuis, at compacta	20	13.
Commotoviensis in Bohem. probe aluminata, tenuis tamen	14	10.
Uratislaviens. in Silesia, tenuis, at compacta	13	10.
Regalis crassa Bohemica	14	9.
Dantiscana crassa cum Carpionis insigni	9	7.
Italica Regalis vetusta, ac solide compacta	10	9.
Alia crassis filamentis contexta, & mediocriter crassa	13	9 1/2

¹John III Sobieski (1629 – 1696), from 1674 until his death King of Poland and Grand Duke of Lithuania.

²*Journal des Sçavans*, academic journal estab. in 1665 by Denis de Sallo, French writer and lawyer.

³Fr. Jean-Paul de La Roque (?–1691), editor of *Journal des Sçavans* in the years 1674–1687.

⁴Tito Livio Burattini (1617–1681), Italian nobleman, inventor, architect and diplomat, from 1641 till his death working in the service of Polish kings. Author of *Universal measure* (orig. *Misura universale*, Vilnius 1675).

⁵Olfert Dapper (1636 – 1689), Dutch physician and writer, author of *Description of Africa* (orig. *Naukeurige Beschrijvinge der Afrikaensche Gewesten*, Amsterdam 1668).

⁶Marca Anglicana, weight of one English pound used with balance scales.

⁷Willebrord Snellius (1580–1626), Dutch astronomer and mathematician.

⁸In his book *Eratosthenes Batavus* (Logundi Batavorum, 1617), Snellius states that *forma chartae impreffa sexagesimam partem ab archetypo suo deducat*, “a shape printed on paper takes away 1/60 from its pattern”. He assumes it is the same in all directions.

⁹See Fig. 1 in the Appendix.

¹⁰Juan Bautista Villalpando SJ (1552 –1608), Jesuit scholar, mathematician, and architect, author of *Ezechielem Explanationes* in which he reconstructed the Temple of Solomon. The third volume of this work was published as *Apparatus Urbis ac Templi Hierosomitani*, Romae 1604.

¹¹Christoph Grienberger SJ (1561 – 1636), Austrian Jesuit mathematician and astronomer, author of a catalog of fixed stars.

¹²Rheinfuss, unit of length equal to 31.4cm.


<i>Following wet sheets have grown</i>	<i>in length</i>	<i>in width</i>
Roman from Foligno bright & firm	10	7.
Spanish of Villalpandi with the figure of Roman vase	10	5.
The same a bit thicker, of which is spoken above	10	7.
Letter paper from Florence, likewise also seven following	13	8.
From Genua with the sign of trident	16	9.
Italian most thin, with spear	17	10.
French with messenger's horn	10	9.
Dutch imitating the previous one	11	8.
Of Joachim Vallis in Bohemia, bright, thin, and close-packed	20	13.
Of Chomutov in Bohemia well treated with alun, yet thin	14	10.
Of Wrocław/Breslau in Silesia, thin and close-packed	13	10.
Royal Bohemian thick	14	9.
From Gdańsk/Danzig thick with sign of Carpio(?)	9	7.
Italian Royal old, firmly compacted	10	9.
Another weaved with thick filaments, & moderately thick	13	9 1/2

Observavi praeterea, lineas ac figuras laminis aeneis incisas, & usitato praelo Cylindrico in charta expressas, magis ea parte contrahi, qua Cylindrorum violenta pressione charta fuerat in longum distenta, quod non ita contingit in transversum; unde fit, ut circuli praesertim majusculi, laminae diligenter incisi, & memorato prelo expressi, charta siccata reddantur altera parte contractiores. Sed neque Ricciolus noster in sua Geogr. Reform. errandi periculum omne sustulit, semipedem Romanum chartae siccatae imprimi curando; nam haec ipsa ad aeris alterationes nonnihil mutatur, & tractu temporis non secus ac tabularum lignearum, quin & eboris latitudo, minuitur. Securior itaque modus esset hujusmodi mensuras particulares ad posteros transmittendi, incidendo illas formae metallicae, ac tum imprimendo bracteolis illis aeris coronarii, quae ab Italis *Orpello*, a Germanis *Rauschgold* appellantur. Hae enim non incommodè libris a compactore inferi poterunt. Alteratio illa modica, quam subeunt a calore vel frigore,

I observed thereafter that lines and figures engraved in copper plates, when they are printed on paper using cylindrical press, contract more in the direction in which the sheet was stretched along by the violent pressure of the cylinders; this does not happen so in the transversal direction. Because of this, it happens that circles, particularly larger ones, diligently engraved in the plate and printed with the aforementioned press, when the sheet dries are reproduced [on paper] as more contracted in one direction. But neither our Riccioli¹³ in his "Geography reformed" avoided all dangers of error by arranging printing of the Roman half-foot on dried sheet¹⁴; for even this sheet to some extent changes with changes of atmospheric conditions; this is not much different than how the width of wooden tables or even ivory diminishes with time. A more secure method, therefore, of transmitting particular measures to posterity would be to engrave them in the metal form, and then impress on gold leaves, of the kind used by garland makers, called *Orpello* in Italian or *Rauchgold* in German. These could then be

sensibilem in semipedes non inducet errorem. Si quis tamen e soliis impressis genuinas consequi volet mensuras, eas a charta prius humectata, & convenienter extensa, sat exactas poterit impetrare.

Per Epistolam vero commodissime mitti poterit Amico absentis, mensura semipedis, vel ejus quadrantis, in chorda tenui aenea, quales in Musicis instrumentis adhibentur; In ejus enim extremis ad intra reflexis fiunt per contorsionem chordae duo laquei A & B, partes vero contortae malleo nonnihil tunduntur, ut firmiter cohaereant: tandem extento supra datam mensuram mediocriter filo aeneo, ejus extremitates internae forficula, vel cultello, accurata manu quantum opus est, reciduntur. Inspice adjectam Figuram.



easily inserted into books by a pressman. The moderate changes which they undergo subjected to heat or cold do not induce any detectable error. If somebody wants to obtain genuine measures from such imprints alone, one can reproduce them accurately enough from a sheet previously moistened and suitably extended.

Measure of half or quarter of foot can be most conveniently mailed to a friend by letter as a piece of bronze wire, of the kind used in musical instruments. On its ends two loops are made by twisting, and the twisted parts are crushed a bit with the hammer so that they better hold together. Finally, stretching the bronze wire moderately over the given measure, its internal ends are accurately trimmed with a small knife or scissors, as much as needed. Inspect the provided figure.

IV. *Penduli portatilis, ac Horologiorum perfectio.*

Vibrationes ejusdem penduli in arcibus in aequalibus inaequales esse, a multo tempore experientia oculis ipsis manifesta didici. Hanc quidem inaequalitatem Cycloidis adminiculo sublatam esse non ignoro, videtur interim mihi Cycloidis usus cum pendulo e fascia appenso, in usus nauticos, ad longitudes Terrae investigandas, ob navis agitationem, nonnihil impeditus esse. Quamobrem construxi horologium, cujus rotae ad numeros Astronomicos decurrunt, in eoque duo pendula aequalia appensa sunt ex elateribus chalybeis, mediocriter latis, ac facile flexibilibus, & breviusculis quidem, sed qui pro re nata produci

IV. *Perfection of portable pendula and watches.* I have learned, with experiments revealing it to the eyes many times, that oscillations of the same pendulum in unequal arcs are unequal.¹⁵ I am not ignorant that cycloidal support removes this inequality¹⁶, yet it seems to me that the use of Cycloid with the pendulum suspended on a ribbon in the nautical service, for the purpose of determining the longitude, would be somewhat impeded by the movement of ship. Because of this I constructed a clock whose wheels run according to astronomical numbers, in which two equal pendula hang from steel springs, moderately wide and easily flexible yet very short, which by nature can stretch or contract a little bit, with the remaining rods

¹³Giovanni Battista Riccioli SJ (1598–1671), Italian astronomer, author of *Geographiae et hydrographiae reformatae libri duodecim*, Bologna, 1661.

¹⁴See Fig. 2 in the Appendix.

nonnihil, vel contrahi possunt, reliquae pendulorum virgae sunt rigidae. Exuperior autem elateres hos adinstar cycloidis, digressiones & in iis moras pendulis non permittere, sed aequales ad sensum vibrationes peragere: quae quidem in horologio meo breves sunt. Nam binae compositae five quaternae simplices uni secundo respondent: verum & in longioribus pendulis e convenienti elatere pendentibus, de felici successu dubitare non licet. *Experiantur itaque navigantes*, annon pendulum elatere hujusmodi sustentatum, altero illo suspeso e fascia cycloidem stringente, sit in mari commodius.

Horologiis rotatis in sacco portatilibus applicueram olim pendulum Magneticum, quod frustra validi magnetis ad vibrationes incitabatur satis aequales; sed quia pondus lapidis gravat, & ferri vicinia aequalitatem vibrationum perturbat, ideo repudiato hoc invento, id tandem effeci, ut horologia parva nunc usitata, quae librile habent elatere spirali instructum, nulla inter ambulandum vel equitandum agitatione turbentur *in suo* motu regulari. Appendo enim totum horologii corpus intra *suam* thecam extimam nonnihil ampliozem, ita ut circa systematis totius axem, librilis axi parallelum, vel circa duos potius eius polos, aut cuspides, instar Rosae nauticae, libere convertatur horologium totum: quo fit, ut nulla agitatio horologii sic appensi ejus librile in suo cursu perturbet, quemadmodum sit in usitatis, quae manu velociter reciproce agitata, vibrationes librilis enormiter praecipitant: Idipsum autem etiam in accelerata deambulatione, quando videlicet sacciperium pendens, una cum horologio in eo contento, reciproce agitatur, contingere solet, & incautos decipere. Praxis appensionis illius varie poterit institui. Ego hanc tenui. Thecam extimam ansa & annulo appensorio, nec non crystallo instruxi: in fundo thecae defixi brevem stylum, qui pileolum in pixide horologii firmatum sustentat: alter polus

of pendulums being rigid. I attest that these springs, similarly to cycloids, do not permit the pendula to run into delays but force them into perceptibly equal oscillations. Two composite or four simple [oscillations] correspond to one second: but certainly even with longer pendula, suspended from suitable springs, one should not doubt of successful outcome. Let, therefore, navigators test which one is more desirable on the sea, a pendulum supported by the spring this [described] way, or another one suspended on a ribbon restricted by the cycloid.

I once adopted to portable watches a magnetic pendulum, induced to equal enough vibrations by a strong piece of magnet; but because the weight of the stone, and because the vicinity of iron perturbs the oscillations, abandoning this invention, I finally made it so that the small watches now used, which have the balance equipped with a spiral spring, are not perturbed in their regular motion by walking or horse riding. I suspend the entire body of the watch inside of an external slightly larger case, so that the entire watch rotates freely around the axis of the entire system, parallel to the axis of the balance, or rather around two its poles or pointed ends, similar to the nautical rose. For this reason it happens that no shaking of the watch suspended this way perturbs the balance from its course, in whatever way the watch is used, and if it is violently moved back and forth with the hand, the oscillations of the balance are hugely cast down. Moreover, this happens and surprises observers even in an accelerated walk, when the hanging sack evidently shakes back and forth together with the watch kept in it. In practice this suspension can be set up in various ways. Here is how I do it. I constructed the outer case with a hook and loop handle, as well as crystal. In the bottom of the case I attached small pillar which supports a cup in the small case of the watch. Another pole is the one which carries the

est ille ipse, qui indicem horologum defert, & in altero pileolo crystalli centrum occupante, circumagitur.

Non ingratum fortasse Curiositas erit hac occasione intelligere, me excogitasse ab annis aliquot artificium quoddam, quo median- te, quilibet rudis homo, puer aut foemina, quin & caecus incidere poterit quascunque mi- nutas horologiorum rotas, tot dentium quot imperantur, absque praevia earum divisione, & insuper eadem opera plures, aequales, ma- iores, & minores. Praeterea aliud artificium ad formandam Torno cochleam illam Horolo- gii, quae chordam, vel catenulam colligit, dan- do illi figuram, attemperandis viribus cujus- cunque dati elateris chalybei convenientem; ita ut cochlea circuitus imperatos complec- tatur. An autem ista publicari debeant, ne in eorum artificum, qui veteribus insistere coguntur, detrimentum cedant, anceps haereo.

Ausim etiam Opticis polliceri Tornum uni- versale, in quo lentes, & specula omnium sec- tionum Conicarum, elaborari possunt; & qui- dem ratione modoque inter omnes alios com- modissimo: reddidi enim illud immune eo de- fectu, quo omnes aliorum machinae tales la- borant; ne videlicet inter laborandum, propo- sitae figurae modulus deteratur.

Hucusque ea, quae a me in Galliam mis- sa fuerant, e quibus illud posterius Num. IV de Horologiis in sacco portatilibus, quia jam a me in Actis Erudit. Anni 1685 Mense Septem- bri commemoratum fuerat, ne hoc loco cram- ben bis coctam sapiat, hoc ei condimentum adjiciam. Posse videlicet, absque nova totius horologii constructione, qualem praedicto lo- co supposui, omnibus aliis Portatilibus, illam circa binos axes conversionem, non difficulter conciliari, ac praesertim iis, quae spirali, aut etiam recto elatere vibrationes librilis unifor- mes efficere debebunt. Horologium itaque usi- tata ratione jam constructum, thecae cuidam extimae (rejecta vel retenta, si lubet, pristi- na) includatur, intra quam aptata fit armil-

hand of the watch, and is rotates held in place by another cup in the center of the crystal.

Those eager to know will perhaps not be ungrateful to learn on this occasion that some years ago I devised a certain method, by which whichever simple man, boy or woman, in fact even a blind one will be able to cut however small clock wheels, with as many teeth as ordered, without dividing them beforehand, and by the same effort make many of them, equal ones, smaller ones and bigger. In addition to this, [I devised] another method for forming on the lathe the clock's snail, which holds a rope or a little chain, giving it its appropriate shape, with adjustable strength of a given steel string. I am still undecided whether this should be published, so it does not become lost, like those skills which are restricted to be practiced by the old only.

I would also dare to promise to opticians a universal lathe on which one can make all lenses and mirrors with conical surfaces; its plan and the way of operation are most agreeable among all others. For I rendered it immune to this defect with which all other machines struggle: namely, while operating, it does not wear away the dimension of the proposed shape.

In order for the observations about portable watches in a bag, which were sent by me to France, mentioned in section IV and placed on record in Acta Euruditorum in September 1685, not to taste like doubly-cooked cabbage, I will add some condiments here. Namely, it is possible, without difficulty, to procure the conversion of all other portable watches, without constructing the whole new watch with the aforementioned method, so that they rotate around two axes: this especially applies to watches with balances which need to oscillate uniformly using a spiral or even a straight spring. Let the watch ordinarily constructed be included in a case (original case discarded or retained, as preferred), inside which a ring is

la quaedam latior, in Ellipsin, horologio recipiendo, & firmiter retinendo idoneam, inflexa, & in sua minore Diametro, duabus oppositis cuspidibus instructa, circa quas, tanquam Polos, totum Horologium cum armilla intra thecam extimam, armilla nonnihil amplio-rem, converti circulariter possit: In Horologiis enim taliter gyran- tibus, eorum libelli concedi poterit elater fortior, ac praedominans elateri majori, rotas omnes impellenti, ut hoc modo vibrationes librilis, inaequali rotarum dentatarum tractioni minus obnoxia sint, nec tamen primum impulsus sibi datum, & a totis incitantibus conservatum, amittant.

fitted, bent in the shape of ellipse, accepting the watch, and holding it firmly in a suitable way; let its minor diameter be equipped with two opposite pointed ends. Around those ends, as if they were poles, entire watch with the ring can rotate inside the outer case. In watches gyrating this way, a stronger spring could be subjected to their balance, and dominate over the major spring, driving all wheels. This way oscillations of the balance would be less liable to the uneven pull of gears, and less liable to losing original momentum given to it, which is also protected from sudden increases.

References

- [1] Adam Adamandy Kochański. *Mensurae universales magnitudinum ac temporum*. *Acta Eruditorum*, pages 259–266, May 1687. Available at <https://books.google.ca/books?id=q7JRAAAAcAAJ>.
- [2] Adam Adamandy Kochański. *Mensurae universales magnitudinum ac temporum*. In *Opuscula omnia Actis eruditorum lipsiensibus inserta, quae ad universam mathesim, physicam, medicinam, anatomiam, chirurgiam, et philologiam pertinent: necnon epitomae si quae materia vel criticis animadversionibus celebriones*, volume 1, pages 503–509. Typis J.B. Pasquali, Venetiis, 1740. Available at <https://books.google.ca/books?id=2V4TAAAYAAJ>.

¹⁵In modern terminology: a pendulum’s period of oscillations depends on the amplitude.

¹⁶Cycloidal pendulum was already known to be isochronous, as demonstrated by Christiaan Huygens in 1673.

Appendix




Figure 1: Drawing of the Roman *congius* together with the length of the Roman foot, reproduced from J. B. Villapando, *Apparatus Urbis ac Templi Hierosomitani*, Romae 1604.

phora, habebat tria verò cingula exteriora Congij, superiorem paulo infra orificium; secundum paulo supra ventrem, & tertium paulo infra medium ea industria circumducta, & inter se distita erant, vt recta linea à summo labro ad infimum cingulum ducta esset æqualis semipedi, nempe lateri cubico Congialis cubi, cui lineæ æqualis quoque erat linea recta ab imo toro ad tertium cingulum ducta. At recta linea à primo ad tertium cingulum erat semicongij cubicum latus; & recta à primo ad secundum cingulum, latus erat cubicum Sextarij; recta verò à secundo cingulo ad tertium, latus cubicum Heminae adæquabat: denique recta ab imo toro ad cingulum secundum producta congruebat lateri cubico Modij. Ex qua Symmetria, & concinnitate admirabili Villalpandus certissimam Romani pedis sub Vespasiano, & antea usurpati mensuram decreuit excerpere, cæteris dimissis Romani pedis, sed non æquæ antiqui vestigijs, quæ Portius, Philander, Marianus, & alij conati sunt inculcare nobis ex Colotiano, aut Statiliano pede marmoreo, vel porphyretico: de quibus videri potest Guglielmus Philander in Vitruuij lib. 3. c. 3. Leonardus

Portius, & Lucas Patus de mensuris lib. 1. & 3. & Villebrordus Snellius l. 2. Eratosthenis Bataui c. 2. Nos verò ex Villalpando Semipedis Romani mensuram exactissimè Lectori subiiciemus, immò & ex manuscripta Scheda P. Christofori Griembergerij, quam pro sua humanitate P. Athanasius Kircher Romæ inter dicti Patris scripta, repertam mihi communicauit.


III. Cum enim P. Griembergerus vidisset Romanum pedem à Snellio assertum, dissentire à Villalpandico experiri voluit, an Villalpandici forma ab impressione, aut exsiccatione chartæ vitium aliquod passa esset, consulitque Congium eundem Vespasianicum in Farnesianis ædibus custoditum, & deprehendit pedem in Villalpandi typis extantem ne tantillum quidem differre à prototypo illo, exceptitque in chartam solidiorem semipedis eiusdem Vespasianici mensuram. Verba Griembergerij, & semipedis prædicti quantitas ad vnguem excerpta sunt huiusmodi.

Dimidium Pedis Romani Antiqui, quem in suo apparatu Urbis, ac Templi dedit Villalpandus, confirmantique Marinus Ghetaldus in suo Archimede rediitino.

Pes Romanus à Villalpando, & Griembergero expressus.

Semipes Romanus sub Vespasiano, & Aug. usitatus.

Chartæ huic prius siccatae seorsim impressus.



Hic quantum differat à Rhylandico, videris Eratosthenis Bataui, neque enim differentia tantilla est, vt decebat cursum præteriri, tantum vero esse, quantum hic describitur, sic per suum habeo, vt alium admittere nequea potem. Præfens sui esse, ipseque dimensus sum Congium illum Farnesianum, Romanis è videribus erutum, quem olim in Capitolio repositurærat T. Vespasianus. Hic Congius aqua cisterna plenus, cum à nobis truitina quam accuratissimè examinaretur, deprehensus est æquare 10. libras, quas non minore diligentia exsiccantia Hispanica, qua ibidem aurifices, vsi solent, confestim, & quam proculdubio usurpare antiqui. Hæc Griembergerus Germaniæ, immò religiosissimæ fidei vir, & Geometriæ consultissimus.

IV. Sed habeo præterea huiusce mensuræ alterum locupletissimum telum, virumque doctissimum D. Vincentium Mutum Sargentum, vt vulgo vocant, maiorem Maiorice, meumque amicum Astronomicum. Is cum anno 1653. Insulæ illius Consul, ac Legatus ad Catholicum Regem Matrjti diuerfaretur, ex authentico originali excerpit mensuram vniæ Hispanæ, quæ ibi nuncupatur Vniæ de Castilla, & continet 4. palmos Hispanos, quorum singuli ad pedis Romani prototypum sunt teste Villalpando, vt 1078. ad 1558. reuerfuitque Maioricam, inde sub anni eiusdem finem misit ad me filium auralhalcium longitudine æqualem vniæ Hispanæ, cuius beneficio reperi typum pedis à Villalpando impressi esse ad quartam partem vniæ Hispanæ, vt 1558. ad 1078. ideoque nihil diffidere à prototypo: Quod ipsum contendebat D. Vincentius Mutus. Proinde tantam certitudinem assecutus mihi videor de genuina pedis Romani antiqui sub Vespasiano, & antea usurpati quantitate, quantam in huiusmodi rebus sperare licet. Ne tamen inauditum Snellium contempnissè videamur, quia diuersum pedis Romani modulum inuexit: indicanda sunt fundamenta ipsius.

V. Libro itaque secundo Eratosthenis Bataui cap. 2. Snellius pedem Romanum antiquum maluit ex Colotiano, ac Statiliano marmore, à Philandro sumptum eligere, & quia in prima editione Philandri in Vitruuium putat chartæ inter siccandum contractæ decessisse particulam sexagesimam, Philandricus autem pes erat partium 984. qualium Rhylandicus, seu Leydenfis pes est 1000. Numeri verò 984. pars sexagesima est 16. ex illi-mauit additis 16. particulis haberi correctum pedem Romanum, & ideo æqualem pedi Leydenfi. Rursus quia Cattorum vicus, vulgo Catronic distans Leida itinere bihorij, habet antiquæ arcis fundamenta quadrata qua-quauerfura forma, & longitudine pedum Leydenfium 240. quæ auctore Quintiliano l. 1. c. 10. erat mensura iu-geris Romani; visus est sibi peruenisse ad ipsissima Ro-

mani pedis antiqui fundamenta. Possem his responde-re incertam esse decessionem illam partis sexagesimæ, nec in omnibus Typographijs verificari, & Leydenfis Pricos quoad numerum pedum imitatos fuisse iugerum Romanum, sed longitudinem suomet pede natiuo metatos esse: sed ne contentiosum finem trahere videar, concedo vltro Leydenfem pedem, quam proximè æqualem esse Colotiano, aut Statiliano, sed nego Statilium, alterumque illum architectum vixisse primo Christi sæculo, aut vsum fuisse antiquo illo pede Romano, qui Vespasiani, & Augusti temporibus erat in vsu, cum Leydenfis pes à Vespasiano non contemptibili differentia recedat; sitque ad Vespasianum, vt 1218. ad 1200. Vt patebit ex dicendis capite 9. numero 3.

VI. Reliquas mensuras interuallorum minores, quas includit, vel in quibus includitur pes Romanus, breuiter exhibebimus in Tab. capitis sequentis, neque enim controuersia est de illarum proportione ad pedem, sed ex Vitruuio, Julio Frontino, Columella, Itidoro, cæterisque Scriptoribus in consensu est Digitum communem in latum esse Palmi partem quartam, & Palmum pedis item quartam, cubiti verò sextam; seu Cubitum fuisse sesquipedalem, & communem integrumque Palsum fuisse quinquepedalem, & pedem non secus, ac libram in duodecim vncias diuidi solitum. Quamobrem constituta semel quantitate Pedis Romani, cæteræ illæ mensuræ late-re non possunt.

Neque audiendus est Fernelius, qui lib. 1. Cosmotheoriæ c. 1. in Schol. ait palsus 5. hominis mediocris stature efficere palsus 6. Geometricos, & parte 4. Praxis Geometricæ pedem Geometricum exponit, qui ad Romanum Vespasianicum est vt 1030. ad 1200.

Leydenfis pes Romanus, sed non Vespasianus æqualis.

Digitus Palmus Cubitus Romanus.



C.A.

Figure 2: Length of the Roman half-foot, from G. B. Riccioli, *Geographiæ et hydrographiæ reformatae libri duodecim*, Bologna, 1661. The caption above says "Separately printed on this sheet previously dried".